BENEDICTUS REGUARDATUS DE NURSIA · DE BALNEIS PUTEOLANIS · CINCIUS ROMANUS
Siena (?), 8. Jahrzehnt 15. Jh. /vor 1478 Seite 10r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tota estate, apud dierum magnitudinem, per unam
horam: que cum serotina uigilia compensetur.
Nec celebretur implumis, nec ubi nimia ac
cidat corporis calefactio: sed sit locus ad fri
giditatem dediuus, supradictis uirentibus
herbis aspersus, et exutum dormire in die,
aut saltem demaspillato hipploide: et
decalciatis cruribus et pedibus, minus malum
est. Nam cum conclusis uestibus et calciamentis
dormire, impendit euaporationem: que propter
diei caliditatem, et somnum fieret. Immo fu
mos ad interiora reflectit: qui quinque mem
brorum et capitis grauedinem inducunt: di
gestionem impediunt, et somnum inqui
etant. ¶ Malum insuper est post longam
famem ynanito stomaco dormire: quia
non fit in spiritibus in uigilia resolutis, tam
bona restauratio: et uitam breuiorem effi
cit. Nam calor et spiritus, qui propter somnum
extrema derelinquendo, ad interiora re
cluduntur, ex maiori unione in eorum
actiua uirtute intenduntur, et uigorantur.
Non reperiendo nutrimentum, in quod agere
debent, in humidum radicale, quod est in na
ti caloris pabulum, uertitur actio ipsum
ultra quam oportunum sit resoluendo, ter
restrificando, quod ad breuiorem uitam au